AUGUSTINUS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26827
Copyright: Admont, Benediktinerstift

130

tantes scrutationes. Quanto acuti exco
gitare s. uidebantur: tanto magis defi
ciebant. quia a lumine ueritatis et qui tan.
in profunda cecitis malitiae demerge
bantur: Habet iustitia quandam lucem suam.
profundit et illustrat animam in beatitudinem s.
Anima autem si se a lumine iustitiae. quanto
magis quaerit et inuenit extra iustitiam. tan
to plus a luce repellitur et in tenebrosa
demergitur: Merito igitur pscrutantes et
extra iustitiam moliebantur: a iustitia recede
bant. et quanto a iustitia recedebant.
tanto plus deficiebant. pscrutantes scru
tationes. Magnum est illum [illegible] nocentem.
quando ipsum iudex penitus [illegible] et qua
didisset xxx. argenteos. precepit illis pecuniam quam de
derant. Illi noluerunt eam mittere in gazophy
lacium et dixerunt. Pecunia sanguinis est. non licet
mittam in gazophylacium. Quid est gazophy
lacium: Arca dei. ubi colligebantur ea quae ad
indigentiam seruorum dei mittebantur: O
homo cor tuum sit porta arca dei ubi habitet
diuitiae dei. ubi sit numismum dei mens tua ha
bens imaginem pictoris imaginem tuam. Cum igitur ha
sunt quasi illa innocentes simulatio fu
erit pecuniam sanguinis non mittere in ar
cam. et ipsum sanguinem mittere in ecclesiam.
s. quasi cingat. Defecerunt scrutantes scrutationes. Un
de. Quia dicunt. quis uidebit eos. i. quia eos
nemo uidebit. Hoc dicebant. hoc apud
se opinabantur: quia nemo eos uideret.
Vide quid extingat animam male. Recedit
a luce ueritatis. et quia ipsa non uidet dum
putat se non uideri a deo. Sic et isti recedendo
ierunt in tenebras ut ipsi non uide
rent dominum et dixerunt. Quis nos uidet. Vi
debat et ille quae crucifigebant. Illi deficiendo. nec illum filium nec patrem uidebant.
Si igitur uidebat. qare se patiebatur teneri. oc
cidi a eis. Quare si uidebat uoluit esse illa
et potuit se. Quare. Quia homo
erat propter hominem. et dis latens in homine.
Quia uenit nescientibus exemplum fortitu
dinis dare. et deo ipse sciens omnia sustinebat.
Quid enim sequitur: Accedite ad eo
atque exaltabitur dis. Illi dixerunt.
Quis nos uidebit. Defecerunt scrutantes
scrutationes. cecitas mala. Accessit homo
ad ipsa cecitas passus est se teneri ut homo.
Non enim teneretur non homo. aut uidet
non homo. aut cedet non homo. aut crucifi
geretur aut moreretur non homo. Accessit igitur
homo ad omnes illas passiones. quae nullo
nichil uulnerarent non homo ceterum. Si ille
non cecidit homo non liberatur homo. Accessit
igitur homo ad cor. atque. i. cor secretum. obi
ciens aspectibus humanis hominem seruans
mutus dominum celans formam dei in qua est
et patri. offerens formam serui. qua minor
est patre. Ipse enim duae utrique. si aliud est ex for
ma dei aliud ex forma serui. Duae ex forma
dei. ego et pater unum sumus. duae ex forma serui
quo pater maior est. Vnde ex forma
dei ego et pater unum sumus. Quia cum in for
ma dei esset noluit non rapinam arbitratus est esse
equalis deo. Vnde ex forma serui qui pater
maior est me. Quia semetipsum exinan
iuit forma serui accipiens. Accessit
igitur homo ad cor atque exaltatus est dis.
Occidit homo exaltatur dis. Quid enim occi
sus est ex infirmitate humana fuit. et re
surrexit et ascendit ex potestate diuina.
Accedit homo ad cor atque. cor secretum. cor
abditum non ostendens quid nosset. non ostendens
quid esset. Illi putantes hoc tantum esse quod uidebant
occidunt hominem in corde abscondito. et exaltat
dis in corde diuino. Potentia enim manifesta
tus exaltatur est. et quo ire exaltatur. Vnde